



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quod voluntas Dei quæ ipse est, in nullo cessari potest. A

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

ILLI SENTENTIAE QVA DICTVM
est. Dei voluntatem non posse cassari. quæ ipse est. quæ-
dam videntur obuiare.

DISTINCT. XLVI. A

HIC oritur quæstio. Dictum est enim in supe- *Psalm. 113.*
rioribus, & authoritatibus communium,
quod voluntas Dei, quæ ipse est, quæ beneplä-
citum ei⁹ vocatur, cassari non potest: quia illa vo-
luntate fecit quæcunque voluit in cælo & in ter-
ra: cui teste Apostolo nihil resistit. Quæritur ergo
quomodo accipiēdum sit, quod Apostolus de Do- *Aug. c. 97.*
mino ait: Qui vult omnes homines saluos fieri. *ip. princip.*
Cum enim non omnes salvi fiant, sed plures dam- *enchiridit.*
nentur, videtur utique non fieri quod Deus vult *Rom. 9. d.*
fieri, humana sc. voluntate impediente volunta- *I. Tim. 2. b.*
tem Dei. Dominus quoque in Euang. impiam ci-
uitatem compellans: Quoties, inquit, volui con- *Ibid. paulo*
gregare filios tuos sicut gallina congregat pullos
sub alis, & nolueristi? Ita etiā hæc dicuntur tanquam
Dei voluntas superata sit hominum volūtate: &
infirmissimis nolendo impedientibus nō potue-
rit facere potentissimus quod volebat. Vbi est er-
go illa omnipotentia, qua in cælo, & in terra, se-
cundum Prophetam, omnia quæcunque voluit
fecit? & quomodo voluntati eius secundum Apo-
stolum nihil resistit, si colligere filios Hierusalem
voluit, & non fecit? Hæc enim prædictis plurimi-
num obuiare videntur.

Solutio quo modo intelligendum sit illud: Volui congrega-
re & nolueristi. B

Sed audiamus solutionem: ac primum quomo-
do accipiendum sit illud quod Dominus ait, vi-
deamus. Non n. ex eo sensu illud dictum est vt ait
Aug. in Ench. prædicta quæstionē soluens, quasi *Cap. 97. in*
Dominus voluerit congregare filios Hierusalem: *fno.*
& nō sit factū q̄ voluit, q̄a ipsa noluerit, sed poti⁹

R 5 ipsa